

nonnunquam absumpto oleo extinctis ad eas, quae in templis sanctissimae Eucharistiae praelucent, confugisse.

Cap. V. Assissii disputator, Romae concionator et vulgo et principibus viris mire placet

Circunstanciada descripción de la disputa en Asís. Ex eoque die Carpensis Montalti patrocinium suscepit neque nisi vita deserente deposuit. Carpi le protegió contra la envidia de sus hermanos de religión, que se mostró por primera vez en 1550. Los sermones en Camerino le dieron tal fama, que los habitantes de Belforte, donde tocó en el viaje, le obligaron a predicar allí tres veces. Sesium venit paucisque concionibus ita Picenum sui nominis fama complevit, ut in Romanas quoque aures incurreret. Grande éxito de los sermones en Roma. Maior expectatione visus Felix usque adeo, ut amplum quamvis SS. Apostolorum Romae templum confluentem multitudinem non caperet, quare pulpita circumquaue, ex quibus audiretur, exstructa.

Cap. VI. Montalto cum Ghislerio Alexandrino iungendae familiaritatis occasio

...Mos erat Montalto, sive ex evangelij explicandi sive ex moris christiani formandi occasione catholicae veritatis effatis in loco orationem inspergere iamque mediam quadragesimam emensus feliciter tenebat cursum, cum concionem maxime meditati libellus apte complicatus obsignatusque a socio affertur illi inscriptus. Eum in ipso suggestu repertum a se socius affirmabat, dum quod diligentes solent concionatorum socii locum ante concionem lustrat. Credidit uterque litteras esse egeni alicuius egestati suae subsidium ab auditorum misericordia per codicillos postulantis prohibente verecundia ut assolet, ne manifestus recederet. Itaque ne resignatum quidem socio reddit iusso, ut qui mos est Italicis concionatoribus, post captam in media oratione quietem, inter libellos reliquos multitudini recitandos, hunc quoque redderet. Iam priorem orationis partem exegerat, cum oblatum libellum resignat ac tacitus, ut populo summam exponat, legere incipit. Prudentiae ac fortitudinis insigne opus fuit nihil eo perlecto conturbari. Vecors enim et stolide impium scriptum erat; quotquot ad eam diem catholicae fidei dogmata Montaltus pro concione affirmarat, ordine collecta continebat singulisque id tantum addebat litteris grandioribus: Mentiris. Complicatum dissimulanter libellum, sed ita, ut consternationis manifestus multis esset, ad pectus demittit, orationemque brevi praecisam, paucis absolvit. Ubi in cubiculum se recepit, nihil prius quam socium ad fr. Michaellem Ghislerium, sacrorum in haeresim quaesitorum primum ministrum, cum libello ablegat. Quaque illum ratione tum reperisset tum ad se detulisset, narrare iubet. Nulla mora fuit. Ut erat Ghislerius in iis, quae ad christianae fidei tuendam integritatem pertinebant, ardentis animi, eodem die

Felicem convenit iuratumque severe de re tota articulatim interrogat. Narrare solitum, cum deinde Pontifex esset, Sixtum accepimus, magno sibi terrori quamvis innoxio severam frontem, adducta supercilia, oculos ab eminente naso introrsum conditos, raras et graves voces Ghislerii, dum quaestio tenuit, fuisse. Ea absoluta, ubi Montalti innocentia, immo catholicae rei studium, ex rei gestae serie luculenter apparuit tantum fiduciae ac bonae spei a mutato repente eiusdem Ghislerii vultu accessisse. Prorsus enim hominem alterum dixisses: adeo amanter in collum Montalti confestim egregius quaesitor invasit neque deosculandi hominis ullum finem, nisi lacrimis impeditus fecit.

Cap. VII. Per magnam multorum invidiam et obtretationem ad magnos multosque honores evadit

Muy minuciosa narración de las hostilidades que fray Félix tuvo que sufrir, especialmente de las hostilidades en Venecia. Cf. arriba, p. 51.

Cap. VIII. Romanae Inquisitionis consultor, sui ordinis procurator, inter theologos congregationis Tridentini concilii Montaltus adscribitur

El error de Ranke, corregido arriba, p. 49, nota 4, se explica porque leyó solamente el título. En el texto se lee: Hoc ipso tempore Tridentini concilii rebus tractandis examinandisque amplissimum Romae Pontifex cardinalium praefecerat coetum illique gravissimos a consiliis theologos attribuerat. Inter hos Montaltum adscribi a Pontifice Carpensis sive vetera beneficia tuendi sive vehementius invidos urendi studio curavit.

Cap. IX. Post insignem repulsam pontificii legati theologus, generalis Franciscanorum vicarius, demum episcopus creatur

Cf. arriba, p. 32. También aquí se hallan muchos pormenores, los cuales empero son más de valor para la historia de la Orden. Sobre el viaje a España se dice: Eo in munere multa et egit Montaltus praeclare et fortiter tulit. Cum enim non satis omnes, qui apud legatum poterant, aequissimos haberet, non pauca fuere necessario devoranda. Acciditque nonnunquam, ut quasi per iniuriam aut necessitatem iumento destitutus vehiculis, quibus impedimenta comportabantur, deferri necesse fuerit.

Cap. X. Post honorifice delatum episcopatum per iniquorum hominum calumniam cardinalatus Montalto maturatur

...Cum ergo, dum haec fiunt, aliquot illatas in eius conclavia, obseratas arcas distulisset rumor (neque quicquam eorum quae domi faceret, clam erat, cum in Franciscanorum coenobio inter veteres aemulos habitaret), fuere qui Pontifici nunciarent, Montaltum vix dum epi-

scopum religiosae paupertatis oblitum splendide habitare, opulentam suppellectilem aggerere, quod bonis viris offensionem esset. Pius silentio delatoribus imperato rem per se omnem exploraturus iter alio nomine susceptum repente ad Franciscanos flectit. Rectaque ad Agathensis episcopi sedem divertit. Ibi exclusis aliis cum multa vago sermone ab illo quaereret, diligenter omnia oculis lustravit. Cumque primum nudos omni veste parietes, contra quam delatores nunciarent, vehementer probasset, quid arcis illis (quatuor erant) clauderetur, quaerit. Forte evenerat, ut eo ipso tempore, quo adventare Pontificem nunciatum Montalto est, ex iis arcibus duas ille recluderet, neque otium aut cura, dum ad Pontificem festinat, iterum claudendi fuerat; elato ergo statim alterius operculo: libri, inquit, pauci quidem sunt, beatissime Pater, quas mecum Sanctam Agatham defero vel curae pastoralis adiumentum vel solitudinis solatium. Nihil tum ad ea Pontifex, nisi quod collaudato bibliothecae instruendae studio: an sancti Thomae suo iussu Romae nuper editi praeclara illa volumina coemisset, interrogavit. Neque expectato responso, bene homini iterum ac tertio precatus abiit paucosque post dies accersito rem totam, uti gesta erat, aperuit. Eae res destinatos Montalto honores maturavere; sic omnino Pius erat. Destinata semel animo, si quis per malas artes oppugnaret, acrius ac festinantius urgebat. Proxima ergo Senatus amplissimi lectione in cardinalium collegium Montaltum cooptat anno salutis MDLXIX.

Cap. XI. Montalti dum cardinalis fuit vita et mores

Fuerunt qui dicerent non aequum Montalto cardinali fuisse Gregorium, eo maxime argumento, quod constitutam cardinalibus minime locupletibus annuam a Pontificio fisco pensionem Montalto postremis sui Pontificatus annis persolvi vetuerat. Causam fuisse praehibent splendide aedificatam a Sixto in Exquilino villam. Eam enim cum praeteriret aliquando Gregorius, percontatus, cuius illa opus esset, ubi a cardinali Montalto extractam audivit, nimirum, inquit, egeni cardinalis aedificatio haec esse minime videtur. Quare, ne egeni constituta stipendia in copiosos absumeret, Montaltum inter indigentes in posterum referri vetuit.

Cap. XII. Francisci Peretti caedes incredibili animi aequitate tolerata

Aquí se menciona de nuevo Gregorii minus aequus animus y se refiere que se le había contado, que el Papa había dicho a los cardenales: Caverent magnum illum cinerarium, qua voce Montaltum a colore Franciscani vestitus designabat. Después de describir el dominio de sí mismo de Montalto en ocasión del asesinato de su sobrino, hace observar el autor: Ea animi aequitas aditum Montalto ad Pontificatum aperuisse credita constanter est.

Cap. XIII. Pontifex Maximus magna Patrum consensione declaratur

Cf. arriba, p. 35, nota 4, 4º, nota 2, 41, nota 2.

El autor desiste de una narración del pontificado de Sixto V. En la segunda parte sólo describe varios aspectos de su modo de ser: 1. Gracia in benemerentes; 2. Pietas in Franciscanorum ordinem; 3. Publica securitas. De este último capítulo ha comunicado Ranke (III, 71\* s.) los pasajes más importantes de la descripción del estado de las cosas en tiempo de Gregorio XIII. La exposición de las providencias que tomó Sixto V contra los males que entonces reinaban, es mucho más breve. En el capítulo segundo menciona el autor los reproches que se hicieron a Sixto V por algunos nombramientos de cardenales (cf. arriba, p. 209 s.).